UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Pontificvm Romanorvm Continvata Svccessio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

Visual Library

SÆCVLVM NONVM SEPTICO-GERMANICVM.

PONTIFICVM ROMANORVM CONTINVATA SVCCESSIO.

99. LEo III. *anno* 804. Mantuæ de reperto ibi ſanguine Chriſti, qui è Latere manarat, cognoſcit, refertque Carolo, & peragrat cum eo Germaniam, Canonizat S. Suibertum Anno 816, viuere deſijt magnus ornator eccleſiarum. Sedit annis 20. Men. 5.

100. STEPHANVS V. Romanus creatur *an.* 816. coronat Ludouicum Pium Imp. occidentis. Moritur *an.* 817. Sedit menſ. 7. dies 3.

101. PASCHALIS I. creatur *an.* 817. *an.* 818. per Legatos in Orientem damnat Iconoclaſtas. *Ann.* 821. inuenit reliquias S. Ceciliæ & plurium. *Anno* 823. Lotharium coronat Imp. Occident. *anno* 824. ſe purgat de homicidio: & moritur. Sedit an. 7. Menſib 3.

102. EVGENIVS II. Romanus creatur *anno* 824. *anno* 825. conflatum contra eum Schiſma ſopit Lotharius. Conſultus à Ludouico de cultu imaginum decernit, Moritur *anno* 826. Sedit annis 3. Men. 2.

103. VALENTINVS Romanus ſedit dies 40. obit dyſenteria.

104. GREGORIVS IV. Romanus creatur *anno* 827. inuictiſſimus. *Anno* 829. Sancti Gregorij Ma. reliquias recondit in Sancti Petri æde. *Anno* 833. Pacem inter Ludouicum & filios componere

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

...35. Feſtum om... celebrari inſtituit. ... Sedit an. 6.

...RGIVS II. Romanus creatur *an.* 844. Ludouicum coronat in Regem Longobardorum *ann.* 847. & moritur. Sedit an. 3. Men. 1.

106. LEO IV. Rom. creatur *an.* 847. & reſiſtit Imperatori, arroganti ſibi Cõfirmationem Papæ. Baſiliſcum ſuis precibus Romæ extinguit. Moritur *an.* 855. Sedit an. 8. Men. 3. Papiſſa Ioanna VIII. fingitur huic ſucceſſiſſe.

107. BENEDICTVS III. Rom. creatur *an.* 855. inuitus. Moritur *anno* 858. Sedit an. 1. Men. 6.

108. S. NICOLAVS I. Ro. creatur *an.* 858. cui Ludouicus officium ſtratoris exhibet. Photiũ ſchiſmatis condẽnat. Aduerſis & calumnijs pulſatus multis euaſit innocuus. Gratianus eius decreta cõplura collegit. Obijt *an.* 868. Sedit an. 9. Mẽ. 6. viſus eſt, in cœlũ receptus vna cũ S. Gregorio Mag. apparuiſſe.

109. HADR. II. Ro. creatur *an.* 868. Is adhuc Presbyter dabat Equeſtri ſuo 40. nũmos, è Pręſentia acceptos, quos inter plurimos diſtribueret peregrinos; illo cauſante nec tertiæ parti ſufficere; iubet, Tu vero etiam ſingulis nũmos da ternos: dat; nec deficiunt; quin & ſuperant. Mandat regnũ Franciæ cõſeruari Lothario, vt hæredi paterno. *Anno* 869. Photium & aſſeclas damnat: iubetq; cogi Concilium Generale VIII. in Oriẽte. *An.* 871. Excommunicationem comminatur Carolo Caluo ob vſurpationẽ regni Lotharij. Moritur *ann.* 872. Sedit an. 4 Men. 10.

110. IOAN. VIII. creatur. *an.* 872. *A.* 873. abſoluit Ludou. ab iuramento per vim præſtito. *A.* 875. Carolum Caluum creat Imp. & confirmat *an.* 876. *An.* 877. pacẽ à Saracenis redimit. *A.* 878. Roma à tyrãnis occupata ſecedit in Gallias. In Trecenſi Cõcilio petit Principũ auxilia pro Eccleſia. Ludouicum III. coronat Imp. *An.* 879. Photium recipit in Cõmunionẽ Eccleſiæ, cum & huius damno, & ſuo probro. Et *an.* 880. eã reſtitutionem adprobat. At cognitis verſutijs eius ipſũ ac pſeudoſynodũ eius anathemate ferit, ac ſectatores. Tyrãnos pœnitẽtes abſoluit. *An.* 881. Carolũ Craſſum coronat Imp. Moritur *an.* 882. Sedit an. 10.

111. S. MARINVS creatur *an* 882. Legatus fuit Papæ ad cogẽdum Con. Generale, plurimaq; pertulit ob damnatũ Photium: Moritur Papa *an.* 884. Sedit an. 1. Dies 20.

112 HADRIANVS III. Roman. creatur *an.* 884. damnatq; Photium ſchiſmaticum: ideoq; oneratur calumnijs à Baſilio Imp. ac moritur *anno* 885. Sedit an. 1. Men. 3.

113. S. STEPH. VI. Rom. creatur *anno* 885. Literis ad Baſiliũ Imp. defendit ſuorũ prædeceſſorũ acta cõtra Photiũ. *An.* 890. decernit contra maleficos, moritur *an.* 891. Sedit annos 6.

114. S. FORMOSVS Portuenſis Epiſcopus *an.* 866. in Bulgariam ablegatus prædicat Chriſtum barbaris. *Ann.* 883. vrbe eiectum à Ioanne Papa quod acrius reſiſteret Photio; à S. Marino reſtituitur. *An.* 891. creatur Papa; etſi criminibus ei, ſed falſo, affictis. *An.* 892. Inuidiam Principũ incurrit ob Widonem coronatum Imp. *An.* 893. Widonis tamẽ filium Lambertum vngit in Imperatorem;